

P RÆFATI O.

fideliter, & constanter, ut putris & putrefactis
etiam iam dudum, & putrefaciens alia quoque,
quibus apponitur, satis denudata & enervata,
expoliata & palam evanescere traducta &
confusa est, ita ut mirum sit, esse & reperiri
interdum homines ambitione, & nescio cuius
vanæ vel sapientiæ, vel doctrinæ peculiaris
ridicula persuasione turgentibus, qui quasi de
cælo arrepta iactitant argumenta, & horum
exaggeratione fumum vendunt rudioribus,
quæ iam pridem & veritate Verbi discussa,
& ex Ecclesia explosa sunt: qua in re illi sus-
cipit infiditiam & negligentiam produnt magis,
quam veritati patrocinantur. At de his ut
verba faciam, non est huius loci, licet sit hu-
ius temporis. Sed poterit hoc fieri commodius
& oportunius aliis. Vnum hoc affirmo, veræ
fidei & pietatis studium deesse plerisque. Hoc
si animis infixum esset, non laboraremus: Lis-
benter enim nos & omnia nostra Verbo Dei
Submitteremus. Esse tamen aliquos, quibus
gloria Christi Emanuelis, & dignitas Verbi
diuini, & conscientiæ propriæ incolumentas,
sq; futura rationis ac iudicij nouissimi præ-
sensio,